

KS. FRANCISZEK MAROŃ

— DEKRETY EGZEKUCYJNE DO PROTOKOŁÓW  
WIZYTACYJNYCH Z ROKU 1598 —  
MATERIAŁY ŹRÓDŁOWE DO DZIEJÓW KOŚCIOŁA  
W OBECNEJ DIECEZJI KATOWICKIEJ

## WSTĘPNE UWAGI

W bieżących „Studiach Historyczno-Teologicznych” otwieramy nową rubrykę pod tytułem „Materiały źródłowe do dziejów Kościoła w obecnej diecezji katowickiej”. Pod tym nagłówkiem umieszczać będziemy nie wydane dotychczas drukiem akta i dokumenty, związane z dziejami Kościoła szczególnie na Górnym Śląsku, a spoczywające w rozmaitych archiwach. Już w latach międzywojennych Towarzystwo Przyjaciół Nauk na Śląsku podjęło podobną myśl i aż do napadu Hitlera zdążyło wydać cztery oddzielne tomiki pod wspólnym określeniem „Fontes”.<sup>1</sup> Powojenny Instytut Śląski, który w pewnej mierze jest kontynuatorem wspomnianego „Towarzystwa”, nie przewiduje na razie w swoim, innymi różnymi problemami przeciążonym programie wydawniczym publikacji piśmiennych zabytków kościelnych. Toteż we właściwym zakresie musimy zadbać, aby w granicach możliwości uzupełniać braki, jakie wykazuje historiografia kościelna, gdyż mimo upływu lat wciąż jeszcze aktualne jest mało dla nas pochlebne stwierdzenie z r. 1936, że „do najmniej zbadanych dziedzin w zakresie dziejów Śląska należy bezsprzecznie historia Kościoła i szkolnictwa”.<sup>2</sup>

Najpilniejszym zadaniem będzie wydanie drukiem dawnych zachowanych protokołów wizytacyjnych, które ze względu na zawarty w nich materiał z dziedzin nawet pozakościelnych budzą szczególne zaintereso-

<sup>1</sup> I: *Historia residentiae et templi Societatis Jesu Piekarii (1678—1716)*, Katowice 1932, VIII + 53.

II: *Staropolskie teksty z protokolarza miasta Woźniki... 1521—1570*, wyd. L. Musioł, Katowice 1936, 63 + 2 nlb.

III: *Akta wizytacji dekanatów bytomskiego i pszczyńskiego, dokonanej w roku 1598 z polecenia Jerzego kardynała Radziwiła, biskupa krakowskiego*, wyd.. ks. dr M. Wojsa, Katowice 1938, 126.

IV: *Księga protokołów konwentów pastorów ziemi pszczyńskiej (1588—1628)*, ópr. Ks. dr J. Bańka, Katowice 1938, 108 + 1 nlb.

<sup>2</sup> *Stan i potrzeby nauki polskiej o Śląsku*, praca zbiorowa p. red. R. Lutmaña, Katowice 1936, 344.

wanie. Wizytacje kanoniczne, przeprowadzane przez biskupów względnie ich pełnomocników w oddanych ich opiece parafiach, praktykowane były już we wczesnym średniowieczu, jak o tym świadczą najstarsze znane statuty synodalne biskupa Nankiera z 1320 r.<sup>3</sup> Niestety, wiemy o nich tylko z przypadkowych i dorywczych wzmianek. Tak np. notatka o dokonanej w r. 1510 wizytacji w Koziegłowach w dekanacie bytomskim pozwala na wniosek, że zwizytowano wtedy również inne parafie w obrębie tegoż dekanatu.<sup>4</sup> Najdawniejsze autentyczne protokoły wizytacyjne z dekanatów, które znalazły się później w granicach diecezji katowickiej, datują się jednak dopiero z r. 1598 i dotyczą położonych wówczas w zasięgu biskupstwa krakowskiego dekanatów bytomskiego i pszczyńskiego. Z polecenia biskupa Jerzego kardynała Radziwiłła<sup>5</sup> odwiedził wtedy i dokładnie opisał poszczególne ośrodki duszpasterskie wzmiankowanych dekanatów ks. Krzysztof Kazimierski, prepozyt tarnowski i późniejszy biskup kijowski.<sup>6</sup> Natomiast drukiem wydał je ks. dr Maksymilian Wojtas i w serii „Fontes” Towarzystwa Przyjaciół Nauk na Śląsku stanowią trzecią pozycję.<sup>7</sup> Na 22 stronach objaśnień, poprzedzających tekst, streścił m. in. historię dekanatów bytomskiego i pszczyńskiego, naprowadził zastosowany przy wizytacji kwestionariusz i wyliczył wszystkie protokoły, jakie przechowuje się w Archiwum Metropolitalnym w Krakowie z późniejszych podróży wizytacyjnych. Poza tym wspomniał Wydawca o tym, że ks. prepozyt Kazimierski oprócz spostrzeżeń i uwag, poczynionych w trakcie wizytacji tzw. zewnętrznej, ogłoszonych w całości przez ks. dra Wojtasa, sporządził często jeszcze drugi akt, nazwany protokołem z wizytacji wewnętrznej, a zawierający przeważnie sprawy osobiste wizytowanego duchowieństwa. Akta z tej tzw. wizytacji wewnętrznej znalazły się w osobnej oprawie,<sup>8</sup> a ks. dr Wojtas w swojej publikacji wykorzystał z nich „w adnotacjach tylko te szczegóły, które uzupełniały konkretnymi rysami wiadomości historyczne, zawarte w aktach wizytacji zewnętrznej”.<sup>9</sup>

Nie zauważył jednak ks. dr Wojtas, że w Archiwum Metropolitalnym w Krakowie znajdował się w osobnej oprawie jeszcze jeden foliał, który miał bezpośredni związek z wykorzystanymi przez niego źródłami. Mianowicie ks. biskup Bernard Maciejowski,<sup>10</sup> jako następca kardynała Radziwiłła na krakowskiej stolicy biskupiej, zwołał w r. 1601 duchowieństwo wizytowanych przez ks. Kazimierskiego dekanatów do Oświęcimia i Olkusza i tam stwierdzał, czy wydane przez wizytatora Kazimierskiego zarządzenia, zaprotokołowane zarówno przy wizytacji wewnętrznej jak i zewnętrznej, zostały wykonane. Wyniki dochodzeń a w razie potrzeby dalsze zalecenia odnośnie poszczególnych parafii i kapła-

<sup>3</sup> *Najstarsze statuty synodalne krakowskie biskupa Nankiera...* wyd. Ks. dr J. Fijałek, W: *Studia i materiały do ustawodawstwa w Polsce*, nr 3, Kraków 1915, 43 n.

<sup>4</sup> Ks. T. Glemma, *Wizytacje diecezji krakowskiej z lat 1510—1570*, W: *Nasza Przyszłość* t. I, Kraków 1946, 47.

<sup>5</sup> Z. Szostkiewicz, *Katalog biskupów obrządku łacińskiego przedrozbiorowej Polski*, W: *Sacrum Poloniae Millennium*, t. I, Rzym 1954, 545.

<sup>6</sup> Z. Szostkiewicz, dz. cyt., 484.

<sup>7</sup> Patrz przyp. 1, III.

<sup>8</sup> M. Wojtas, dz. cyt., 18, przyp. 19.

<sup>9</sup> J. w., 20.

<sup>10</sup> Z. Szostkiewicz, dz. cyt., 508.

nów, ujęte od razu na miejscu notarialnie w krótkie sprawozdania, przeniesiono następnie w czystopisie do jednej księgi. Skoro więc wraz z aktami wizytacyjnymi tworzą jedną całość, wytypowaliśmy je jako pierwszą pozycję wśród „Materiałów źródłowych”, aby tym samym skompletować wydane przez ks. dra Wojtasa „Akta wizytacji”

Foliał ów zaopatrzony jest w sygnaturę AVCap. 4 i zawiera około 180 niepaginowanych stron we współczesnej oprawie skórzanej formatu 32 na 20 cm. Oprócz godła biskupa Maciejowskiego na oprawie wytłoczony jest ten sam napis, jaki powtarza się po dwóch pustych kartkach — wypisany atramentem na trzeciej stronie. Czystopis sporządzono dopiero około r. 1604, kiedy ks. Maciejowski już był kardynałem.<sup>11</sup> Pismo było staranne, ale na skutek użycia lichego papieru przebijało i często utrudniało odczytanie drugostronnego tekstu. Z całości dobraliśmy tylko parafie dekanatów pszczyńskiego i bytomskiego, które znalazły się zresztą we wspomnianym foliale na pierwszych kartkach i w tej samej kolejności, w jakiej figurują w publikacji ks. dra Wojtasa.

Jako podstawowe zasady wydawnicze przyjęliśmy „Instrukcję wydawniczą dla źródeł historycznych od XVI do połowy XIX wieku”, wydaną we Wrocławiu w 1953 r. W szczególności rozwiązaliśmy wszelkie praktykowane wówczas skróty. Mimo zmodernizowanej pisowni zostawiliśmy niezmienione nazwy miejscowości i nazwiska osób. Liczebniki, podane w rękopisie słowami, zastąpiliśmy cyframi. Tak samo opuściliśmy tytuły osób zaznaczając to dwiema kreskami — —, a zachowaliśmy je jedynie tam, gdzie określały stanowisko lub pochodzenie danej osoby. Przy nazwiskach i kwestiach spotykanych w dekretach wykonawczych oraz protokołach wizytacyjnych ks. Kazimierskiego odwołujemy się w przypisach do publikacji ks. dra M. Wojtasa.

LIBER CONTINENS DECRETA EXECUTIVA VISITATIONUM ET ALIA  
AD CORRECTIONEM ET REFORMATIONEM VITAE ET MORUM CLERI  
PERTINENTIA, TEMPORE FELICIS REGIMINIS ILLUSTRISSIMI ET  
REVERENDISSIMI DOMINI BERNARDI CARDINALIS MACIEJOWSKI  
EPISCOPI CRACOVIENSIS ET DUCIS SEVERIENSIS CONSCRIPTA.

Decreta executiva visitationis.

Anno Domini 1601 indictione XV pontificatus sanctissimi domini nostri domini Clementis divina providentia papae VIII anno IX — — dominus Bernardus Maciejowski Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus cracoviensis, dux severiensis, exequutionem visitationis per — — Christopherum Kazimierski, tunc praepositum tarnoviensem nunc vero episcopum kijoviensem ex commissione — — olim Georgii cardinalis Radziwil, episcopi cracoviensis in ecclesiis infrascriptis anno ab hinc circiter tertio proxime praeterito peractae facturús, clerum earum ad civitatem Osswieczimensem et Ilkusiensem, prout infra patebit, specialibus processus sui

<sup>11</sup> Ponieważ nagłówek foliału wymienia ks. biskupa Maciejowskiego już jako kardynała, a kardynałem kreowany został dopiero w dn. 17 IX 1603 r., prosty z tego wniosek, że czystopis wykonano po tej dacie..

literis pro die sabbathi 27 mensis IV convocavit, in qua quidem executione, die eadem absoluto sacro de sancto Spiritu inchoata et ad diem 3 mensis V continuata, decreta infrascripta partim ad reformationem ecclesiarum partim ad correctionem rectorum et cleri earum protulit et promulgavit. Praesentibus — — Joanne Barski archidiacono<sup>1</sup>, Nicolao Dobrociński canonico cracoviensi, — — s. Theologiae doctore, decano luccoviense, et me Martino Klocziński actuario curiali suae illustrissimae Celsitudinis notario.

## ECCLESIAE DECANATUS BITOMIENSIS

### *Oppidum Koziogłowy*

Contra Wieliczki. Nicolaus Wieliczki<sup>2</sup>, subdiaconus ecclesiae parochialis in hoc oppido rector institutus, a duobus annis non residet, cui comparenti et petenti Illustrissimus concessit ad huc facultatem non residendi studiorum causa ad anni decursum ita tamen, ut interim se promoveri faciat ad ordines sacros maiores, nimirum decanatum<sup>3</sup> et presbyteratum.

Contra Joannem de Strzelce<sup>4</sup> et Nicolaum Drabik<sup>5</sup> vicarios. Vicarii eius et altaristae ecclesiae, unus Joannes de Strzelce, altarista tituli s. Catharinae, alter Nicolaus Pauli Drabik, altarista tituli s. Alexii, tabernarum visitatores et chartarum lusores, ex visitatione deprehensi et ideo Nicolaus quidem domi ad poenitentiam in pane, cerevisia et ferculo unius oleris per unum mensem, Jaonnes vero utpote in eo delicto notabilior in monasterio osswieczimensi similiter per mensem peragendi per suam — — Celsitudinem condemnati, eidem Joannii mandatum est, ut interim in administratione Sacramentorum sese exerceat, sexias, quartas et secundas ieiunet pane, cerevisio et ferculo unius oleris sese contentando, uterque vero, ut confessionem faciat, iniunctum est. Parochiani, qui non sunt confessi, decrevit sua — — Celsitudo, ut eius nomine moneantur literis monitionis ab officio suae — — Celsitudinis acceptis, similiter Albertus Szopa<sup>6</sup>, qui alienam uxorem duxit, ut citetur ad rationem reddendam, qua inductus id attentaverit.

### *Woźniki oppidum in partibus Silesiae*

Cum a multo tempore ob prophanationem haeticorum in hoc oppido ecclesia vacet<sup>7</sup> et catholicae religionis parochiani sint, decrevit sua — — Celsitudo patronos et collatores illius monendos esse literis monitionis e Curiae suae cancellaria extradendis, ut infra fatalia eis de iure ad praesentandum currentia quatuor videlicet mensium decursum praesentent

<sup>1</sup> Ks. Jan Barski towarzyszył już ks. prepozytowi Kazimierskiemu w podróżach wizytacyjnych. Dalsze szczegóły patrz Polski Słownik Biograficzny, t. I, 307. Życiorys ks. M. Dobrocińskiego zawiera „Katalog biskupów, prałatów i kanoników krakowskich”, Kraków t. II, 1852, 194.

<sup>2</sup> W o j t a s, dz. cyt., 27 naprowadza go jako Mikołaja z Siewierza.

<sup>3</sup> Pomyłka w tekście zamiast „diaconatum”.

<sup>4</sup> W o j t a s, dz. cyt., 29.

<sup>5</sup> J. w., 28.

<sup>6</sup> J. w., 31.

<sup>7</sup> J. w., 31/2.

aliquam personam idoneam ad ipsam instituendam. Cum adverteret sua — — Celsitudo ex visitatione ecclesiam parochialem in hac villa per haeresiarcham Augustanae professionis administrari et populum eidem iure parochiae subiectum Catholicae fidei et religionis esse, decrevit ideo monitorium contra patronos eius extradendum, ut eam Catholicae religioni, pro qua est antiquitus fundata, restituant et infra fatalia eis de iure currentia ad praesentandum personam aliquam idoneam ad ipsam instituendam sibi praesentent.

### *Villa Koziogłowy*

In ea ecclesia rector Laurentius Jarzyna<sup>8</sup> actu presbyter residens vitae integrae ac probatis moribus ex visitatione deprehensus, monitus est a sua — — Celsitudine, ut in vocatione sua persistat et antiphonarum atque graduale nunc Cracovia impressa ad ecclesiam suam comparet.

### *Siewior, civitas ducatus severiensis primaria*

In ea ecclesia parochialis — — Adamus Sypowski<sup>9</sup>, canonicus cracoviensis et rector institutus, non residet continuo, ne de caetero ex elemosyna, quae in sacculum mittitur a fidelibus pro fabrica ecclesiae, vinum ad celebrandum et farinam pro hostiis parandis comparari faciat, sed ex proventibus suis de his ecclesiam provideat monendum esse sua — — Celsitudine censuit et vitricis, ne in haec pecuniam praedictam ex elemosyna exponant, intribuit. Valentinus de Siewior<sup>10</sup>, actu presbyter commendarius huius ecclesiae et praepositus hospitalis, honestus in vita et moribus, ut patet ex visitatione, reliqui vicarii duo, Petrus Gregorii de Koziogłowy et Simon de Blisyc<sup>11</sup>, non interfuerunt visitationi et ideo nil est de illis statutum interim.

### *Ciągowice*

In hac villa ecclesia, quoniam ut ex visitatione constat, suo rectore est destituta legitimo<sup>12</sup>, eapropter sua — — Celsitudo, ne in cura animarum populi eidem subiecti negligatur, cupiens providere, decrevit monitorium contra patronos eius, ut infra fatalia iuris sibi currentia ad praesentandam aliquam personam idoneam ad ipsam instituendam praesentent decrevit extradendum.

### *Chrosczobroth*

Haec ecclesia habet Mathiam Zarski actu presbyterum hic non residentem<sup>13</sup>, sed Cracoviae circa ecclesiam Sanctorum Omnium sacristiani officio fungitur, qui dum assereret, quod propter causam, quam habet

<sup>8</sup> J. w., 33.

<sup>9</sup> J. w., 37.

<sup>10</sup> J. w., 39, gdzie podane jest również jego nazwisko „Nyko”.

<sup>11</sup> J. w., 35 nn. nie wspomina o nich.

<sup>12</sup> Według Wojtas, dz. cyt., 42 ostatni proboszcz, ks. Sebastian Podczaszy zmarł już przed ośmiu lub więcej latami.

<sup>13</sup> Wojtas, dz. cyt. 42 naprowadza jeszcze chorego Gabońskiego, który widocznie tymczasem zmarł.

cum — — Sypowski, canonico cracovensi et plebano severiensi ad Iudicium Archiepiscopi devolutam, non resideat atque ut ab eadem residentia adhuc liber esse posset, concessa est eidem hoc nomine facultas non residentiae circa eandem ecclesiam hinc ad semestre.

### *Wojkowice Kościelne*

In hac villa ecclesiae rector est Martinus Stanislai de Thopola<sup>14</sup> actu presbyter. Secundum visitationis contenta incontinens fovet quandam Margaritham, cum qua procreavit sex pueros et ideo tum ratione huius delicti, quod agnoscit, quam visitationis tabernarum ab officio tantisper sua — — Celsitudo ab executione officii sui sacerdotalis suspendendum decrevit et suspendit, donec hanc concubinam expediat, ita ut cum ea nullum in posterum consortium habeat, cuius expeditionis testimonium dum a decano suo rurali adferet, tunc relaxationem suspensionis suae petet atque poenitentiam ob hoc delictum acceptabit praemissa confessione, quae eidem iam eanunc assignatur sessionis videlicet in arce Lipovecensi uno mense.

### *Targoszyce*

Valentinus Niwcius<sup>15</sup>, rector huius ecclesiae actu presbyter institutus, circa ecclesiam Severiensem residet, monitus est, ut saepius ecclesiam suam visitet. Fovet vicarium Petrum de Zagórze<sup>16</sup>, qui cum non interfuit visitationi, non enim ita pridem est promotus ad gradum presbyteratus, nil de eo est interim statutum, praeterquam quod est monitus, ut vocationis suae sacerdotalis ministerium dignum faciat.

### *Sanczow*

Simon Pauli de Kielce<sup>17</sup> actu presbyter in hac villa ecclesiae parochialis est rector legitime institutus, is, quia nullo vitio in visitatione est notatus, a sua — — Celsitudine laudem reportavit et monitionem, ut perseveret in sua vocatione eamque, ut coepit, dignam faciat.

### *Siemunia*

Ecclesia huius villae caret legitimo rectore, ad eam nunc primum est praesentatus Simon Pauli de Kielce<sup>18</sup> plebanus, qui etiam eandem hactenus in commendam administrabat.

### *Grodziecz*

Jacobus Bartholomei de Brzeźnicza<sup>19</sup>, ecclesiae parochialis in Grodziecz rector institutus et residens, comparuit. Et quia iis, quae illi demandata

<sup>14</sup> *Wojtas*, dz. cyt., 47.

<sup>15</sup> *Wojtas*, dz. cyt., 50 nazywa go Nicocius a na s. 39 Nyko, i to jest z pewnością jego prawdziwe nazwisko.

<sup>16</sup> *J. w.*, 51 n. go nie wymienia.

<sup>17</sup> *J. w.*, 53.

<sup>18</sup> *J. w.*, 56.

<sup>19</sup> *J. w.*, 59.

erant a visitatore in visitatione suae ecclesiae, non comparavit bursam pro Sacramento deferendo ad infirmos, portatile, antiphonarium et sacculos pro asservando venerabili Sacramento, ideo iniunctum est illi, ut haec comparet hinc ad festum s. Michaelis sub poena quindecim marcarum, quoniam vero delicta nonnulla ebrius perpetravit, quibus plurimis scandalum dedit, idcirco ad poenam carceris Lipovecensis poenitentiae peragendae causa in pane, cerevisia ac ferculo unius oleris per quinque septimanas sustinendas est condemnatus, ad quod, ut habilior esse possit, monitus est, ut confessionem faciat.

### *Będzin*

Stanislaus Rudkowski<sup>20</sup>, actu presbyter, plebanus Będzinensis residens comparuit, quia de quadam Catherina, quam fovet, suspectus est, ideo tantisper suspensus est ab officio suo sacerdotali exercendo, donec testimonium adferat a decano suo rurali, quod eam ablegaverit, iniunctumque est illi, ne eam de caetero fovere aut cum ea aliquod commercium habere praesumat, tum et quamvis aliam suspectam sub poena privationis, nunc vero, quoniam suspicionem hac scandalum nonnullis dedit, idcirco ad duas septimanas propter exercitium spirituale ad patres Societatis Jesu est deputatus.

### *Celadz*

Lucas Sobcovius<sup>21</sup>, actu presbyter institutus residens, comparuit, vicarium non habet, honestus in vita, monitus est, ut antiphonarium Cracoviae impressum pro ecclesia sua comparet et cum maiore charitate Sacramenta parochianis administret. Parochiani eius, qui non sunt confessi pro paschate, decrevit sua — — Celsitudo, ut moneantur literis monitionis a cancellario acceptis ad confessionem faciendam hinc ad festum Ascensionis Domini sub poena confiscationis bonorum ipsorum, praeterea ut coemeterium ecclesiae suae sepeliant inducantur, siquidem idipsum teneantur facere, tum quod ibidem corpora eorum sepeliuntur, tum quod in ecclesia divina audiunt et Sacramenta accipiunt, quae uti domus Domini omnem decorem meretur.

### *Civitas Bithom, Caesareae Majestatis*

Habet ecclesias intra et extra muros<sup>22</sup>, prima est eius ecclesia hospitalis tituli s. Spiritus, cuius praepositus et ecclesiae ipsius rector est venerabilis Blasius Bronoviensis<sup>23</sup>, presbyter regularis conventus Miechoviensis, cum fratre suo Blasio Miechoviensi, qui comparuit, honestus in vita, residet circa ecclesiam parochialem in villa sua Charzow, monitus a sua — — Celsitudine, ut frequentius hospitale visitet et pauperes in eo degentes salutaribus praeceptis instituat.

<sup>20</sup> J. w., 63.

<sup>21</sup> J. w., 67 podaje go jako „Sobkowieczki”.

<sup>22</sup> W o j t a s, dz. cyt., 70, przyp. 17.

<sup>22</sup> Tak samo kościół szpitalny p. w. Ducha św. był poza murami miasta, choć to z opisu nie wynika.

Secunda ecclesia extra muros Bithomiensis parochialis tituli s. Margarithae, cuius rector fuit, dum visitaretur, Lucas Racovius<sup>24</sup>, non comparuit, nunc est Venceslaus Kamiński, minorum ordinum, clericus, per — — Paulum Dembski, sede vacante episcopatus cracoviensis administratorem ut est institutus, nondum est annus elapsus, monitus est, ut comparet libros duos ligatos, in quorum uno scribantur nomina baptisatorum, eorum parentum et patrinatorum, in alio vero matrimonium contrahendorum de forma a visitatore relicta, praeterea antiphonarium et graduale emat Cracoviae impressa.

#### *Bithom intra muros*

Habet ecclesiam parochialem<sup>25</sup> iurispatronatus abbatis s. Vincentii Wratislaviae, cuius est suprascripta s. Margarithae, prophanatam per cives Bithomienses et marchionem Brandeburgensem, tenutarium districtus Bithomiensis. Decevit sua — — Celsitudo literas ad abbatem eundem scribendas esse, ut pro iure suo eandem ecclesiam evincat et aliquam idoneam personam ad ipsam instituendam intra fatalia iuris semestre vide licet praesentet.

#### *Charzow*

Blasius Bronoviensis<sup>26</sup> presbyter regulari conventus Miechoviensis, rector huius ecclesiae cum suo fratre Blasio Miechoviensi, honestus in vita et diligens comparuit, monitus est a sua — — Celsitudine, ut in toto reformationi per — — visitatorem in ecclesia sua relictae in omnibus satisfaciat, nominatimque ut libros duos emat, in quorum uno baptisatorum, in alio matrimonium contrahentium de forma ab eodem visitatore tradita metrica scribatur.

#### *Kamień*

In hac villa vacat ecclesia, administrabatur per Albertum a Radomskie<sup>27</sup>, qui non comparuit, ut pote absens iam ab annis aliquot ab eadem ecclesia scandalosus esse advertitur ex visitatione, ubi vero nunc sit, ut corrigi possit, non potuit cognosci. Quod autem vacationem ecclesiae attinet, decernit sua — — Celsitudo monitorium contra eius patronos extradendum, ut infra fatalia ipsis de iure currentia personam idoneam ad ipsam instituendam sibi praesentent.

#### *Michałkowice*

Vacat<sup>28</sup> haec ecclesia iurispatronatus — — Christophori Mieroszewski, qui quoniam comparuit, ideo in instanti a sua — — Celsitudine est monitus, ut praesentet infra fatalia iuris sui catholicum presbyterum ad ipsum

<sup>24</sup> J. w., 71.

<sup>25</sup> J. w., 73—75.

<sup>26</sup> J. w., 80—82.

<sup>27</sup> J. w., 83 go nie wymienia.

<sup>28</sup> J. w., 85 podaje jako rektora jeszcze ks. Stanisława Żarskiego.

instituendum, ceterum ille questus est et exposuit, quod non valeat praesentare, idque ob interdictum capitanei Bithomiensis, Illustrissimus autem obtulit se literas scripturum ad — — episcopum wratislaviensem in hoc negotio, qui est supremus capitaneus Silesiae, ut nimirum interponat auctoritatem suam, quomodo catholici liberi in suae religionis professione et ecclesiis esse possint.

### *Boguczice*

Ecclesia huius villae iurispatronatus haeredum Mysłowice carebat legitimo rectore a 20 annis et sub tempore visitationis administratur per Bartholomeum Michnicovium<sup>29</sup>, altaristam Mysłowicensem, nunc autem per Stanislaum Andreiowiensem, actu presbyterum, institutum per — — Paulum Dembski, sede vacante episcopatus Cracoviensis administratorem anno Domini 1600, 17 V, monitus est, ut duo vascula habeat in cyborio ita ut in uno Sacramentum relinquat propter adorationem, dum cum alio deferatur ad infirmum, reliqua autem, quae reformare deberet in sua ecclesia sua — — Celsitudo decrevit eidem danda esse in scripto prout continetur in actis visitationis.

### *Mysłowice*

Jacobus Laurentii Scarbimiriensis<sup>30</sup>, rector ecclesiae huius legitimus, residet honestae vitae et diligens officii, monitus est, ut emat graduale et antiphonarium Cracoviae typis Andreae Petricovii impressa.

### *Dzieczkowice*

Bartholomeus Bartholomei Michnicovius<sup>31</sup>, rector huius ecclesiae legitimus, non residet, sed circa ecclesiam Mysłowicensem, monitus est, ut reformationi per — — Kazimirski visitatorem pro ecclesia sua relicta satisfaciat.

### *Ecclesia Bernardinorum in Bithom*<sup>32</sup>

Per haereticos occupata ab annis plurimis, statuit — — Celsitudo monendos esse religiosos, ut pro eius recuperatione agant, idque vigore privilegiorum, quae dicuntur esse apud nobilem Venceslaum Ozarowski, incolam ducatus Severiensis.

### *Bielczowice*<sup>33</sup>

Vacat ecclesia in hac villa, administratur per vagum presbyterum et hincinde ita fugitivum, ut nullibi deprehendi possit. Decrevit sua — —

<sup>29</sup> J. w., 88.

<sup>30</sup> J. w., 91 podaje nazwisko Maresovius czyli zlatynizowane „Marciszewski”.

<sup>31</sup> J. w., 96.

<sup>32</sup> J. w., 76.

<sup>33</sup> J. w., 76 n.

Celsitudo monendos, esse patronos, ut infra fatalia iuris idoneam personam ad ipsam instituendam praesentent.<sup>34</sup>

*Paniowy*<sup>35</sup>

Vacat ecclesia in eadem villa. Quapropter sua — — Celsitudo decrevit monitorium esse extradendum contra eius patronos, ut infra fatalia iuris aliquam personam idoneam in eius rectorem instituendum sibi praesentent.

*Biskupice*<sup>36</sup>

Ecclesia in hac villa caret legitimo rectore et est iurispatronatus — — Gierathowski, qui ut presbyterum catholicum ad eam praesentet instituendum decrevit sua — — Celsitudo monendum esse literis ab officio suo extradendis. Apostata eius administrator Melchior Leopoliensis<sup>37</sup> ordinis praedicatorum, quia non comparuit, contumax reputatus et ratione contumaciae excommunicatus esse declaratus.

*Mikulczyce*<sup>38</sup>

Huius villae ecclesia caret legitimo rectore et ideo monendos esse patronos sua — — Celsitudo censuit, ut de ea disponant et presbyterum catholicum ad eam praesentent infra fatalia iuris.

*Miechowice*<sup>39</sup>

Haec villa habet ecclesiam per haereticos potentes occupatam et omni decore et apparatu ecclesiastico spoliata, rogandum esse Dominum Deum sua — — Celsitudo censuit, ut redire possint ad cor et religionem pristinam catholicae fidei ipsamque ecclesiam eidem restituant.

*Repty*<sup>40</sup>

Haec villa habet ecclesiam in usum haereticorum conversam per dominum fundi.

*Tarnowice*<sup>41</sup>

Vacat. Decrevit sua — — Celsitudo monitorium contra eius patronos extradendum, ut infra fatalia iuris praesentent personam idoneam in eius rectorem instituendam.

<sup>34</sup> J. w., 77 wspomina jeszcze o nowo wybudowanej kaplicy w Kochłowicach, której „dekrety egzekucyjne” nie wymieniają.

<sup>35</sup> J. w., 77.

<sup>36</sup> J. w., 77.

<sup>37</sup> J. w., 77.

<sup>38</sup> J. w., 78.

<sup>39</sup> J. w., 78.

<sup>40</sup> J. w., 78.

<sup>41</sup> J. w., 78.

*Civitas Góry Tarnowskie*<sup>42</sup>

Inter limites parochiae Tarnowicensis locatum initio habuit capellam ex concessione bonae memoriae *Petri Thomiczki*<sup>43</sup> ad postulationem eius colonorum et capitanei Bithomiensis facta, ut habetur in actis eiusdem — — Thomiczki in usum catholicorum constructam, quam nunc haeretici occupaverunt, successu temporis ampliatam in suis structuris posset recuperari, si interponeret sese eo nomine apud caesaream majestatem.

*Zyglin*<sup>44</sup>

Habet ecclesiam prophanatam et in usum haereticorum conversam per tenentarium — — principem Marchionem Brandenburgensem.

*Radzianków*<sup>45</sup>

Habet ecclesiam prophanatam et in usum haereticorum conversam per dominos fundi.

*Villa Piekary*<sup>46</sup>

Habet ecclesiam per tenentarium — — Marchionem Brandenburgensem prophanatam.

Hic decanatus, cum a multis annis decano rurali careret, non absque ordinis boni in clero persuasione sua — — Celsitudo ipsum eidem restituendum decrevit et in continenti habita consultatione diligenti cum universo eiusdem decanatus clero in decanum illius — — Jacobum Marciszewski, plebanum myslowicensem, instituit, qui deinceps sic ab eadem institutus singulis annis bis ad vivitatem Będzinensem clerum sui decanatus convocet et ibidem cum eo de bono ecclesiae ac restitutione ecclesiarum catholicae fidei et religioni tractet, excoessivos et scandalosos clericos, ut a scandalis desistant, moveat, gravius excedentes et deliquentes et incorrigibiles ad officium suum deferat et alia, quae officii eius erunt, secundum praescripta literarum institutionis suae exequaturs et exerceat.

## ECCLESIAE DECANATUS PLSCINENSIS

*Lendziny*<sup>47</sup>

Huius ecclesiae rector est Petrus Skidziński, diaconus, — — Celsitudinis suae familiaris, qui comparuit, monitus est, ut reformationi per — — visitatorem pro eius ecclesia relictas satisfaciat.

<sup>42</sup> J. w., 78 n.

<sup>43</sup> Piotr Tomicki h. Łódzia był biskupem krakowskim od 9. XII. 1523 do swojej śmierci w dn. 29. X. 1535.

<sup>44</sup> W o j t a s, dz. cyt., 79.

<sup>45</sup> J. w., 79.

<sup>46</sup> J. w., 79 n.

<sup>47</sup> J. w., 98, gdzie proboszcz mylnie nazwany jest „Skibiński”.

*Chełm*<sup>48</sup>

Villa episcopatus Cracoviensis habet ecclesiam ad normam parochialis constructam non consecratam, sine erectione et fundatione in parochia Lendzinensi, per vagos presbyteros administratur plerumque qui a colonis villae salariari solent, nunc nullus est circa eandem residens.

*Bojszowy*<sup>49</sup>

Ecclesia in hac villa ad praesens caret legitimo rectore, quapropter sua — Celsitudo cupiens eidem de eodem providere monitorium contra patronos illius extradendum esse decrevit, ut aliquam personam infra fatalia iuris sibi praesentet in eius rectorem instituendam, administratur tamen nunc per quendam Bartholomeum de Celadz actu presbyterum vigore commendae, qui non fuit visitatus.

*Cwiklice*<sup>50</sup>

Vacat a multis annis et ideo Illustrissimus monendum esse patronum — Balthasarum Poremski, ut praesentet ad ipsam presbyterum aliquem idoneum infra fatalia iuris hac in parte ipsi servientia.

*Woszyce*<sup>51</sup>

Ecclesia iurispatronatus dominorum Woszyckie vacat a multis annis. Unde licet posset de ipsa disponere sua — Celsitudo ob negligentiam patronorum, ne videatur tamen praecipitanter procedere hac in parte, monitorium contra eosdem patronos illius, ut aliquam personam ad eam instituendam intra fatalia iuris ipsis currentia sibi praesentent.

Reliquae ecclesiae huius decanatus<sup>52</sup> uti in oppidis Plscina, Biorun, Strumien, et villis Miedzna, Gora, Antiqua Villa, Brzesczow, Susiecz, Mikułow, Mokra, Lanka, Studzienka, Wisła Niemieczka, Goczałkowice, Tychy in haeticorum usum conversae sunt potissimum per liberum baronem in Plscina, qui procul dubio, nisi resipuerit, mercedem suam accipiet pro tam immani delicto et catholicae fidei detrimento notabili.

<sup>48</sup> J. w., 100 n.

<sup>49</sup> J. w., 101—104.

<sup>50</sup> J. w., 104—106.

<sup>51</sup> J. w., 108.

<sup>52</sup> J. w., 106—110.